



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quomodo fieri poterit, vt candela perpetuo ardeat. Cap. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

ad mensuram supra, & pila calcetur, indito ad spiraculum pyrio puluere, & igne ad moto, explodetur superior pila ex suo puluere, mox ex spiraculo stylo immisso perforetur charta, & puluere cibetur, & iterum ignis admoueat, nam patuo temporis interuallo duos ictus infliger. Poterimus

*Fumo oculos occæcare.*

Quod in ciuitatum insultibus, & congressibus hostium valde proficere poterit. Sed primò considerandus est ventus, ut terga nostrorum feriat, & in vultibus inimicorum fumum deferat. Conficiuntur modioli, sicut laternæ, capacitatis, qua in os tormenti ænei subintrent, repleantur puluere euforbij, piperis, calcis viuæ, cijneis farmentorū, & arsenici sublimati, & in cauum immittantur post pyrium puluerem: nam vi ignis rumpunt modioli papyracei, & fumus pulueris si oculos hostium tetigerit, adeo infestabit, vt abiectis armis vix saluoculorum consulere possint.

*Quomodo fieri poterit, ut cedula perpetuo ardeat.*

C A P. XIII.

**T**ANDEM priusquam huic libro finem imponamus, discurrere libet ecquid fieri possit, ut semel accensa cedula nunquam extingui possit, quod maxime repugnare videtur rerum mudi corruptibilem rationi, & fidem superare videtur. Sed videamus primum ab antiquis sit tentatum, aut factum. Legitur Romanis in historijs, Romæ in templo Deæ Vestæ, atque Athenis Mineruæ templo, atq; Apollinis Delphis perpetuum accensum ignem extitisse. Sed hoc falsum mihi videtur: nam quamplurimis authoribus legere memini, ignem continuo accensum Vestales virgines curasse, ne unquam extingueretur, ut ex Plutarcho in vita Numæ habetur, & tandem tempore ciuilium bellorum, & Mithridatis extinctum. Et Delphis à viduis custodiebatur, curabantq; cōtinua olei additione, ne unquam extingueretur, etiam defecisse quum Medi templum illud concremarunt. Eiusmodi erat ignis in sacris literis descriptus à Deo, Moysi institutus. Ignis in altari,

meo

meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiectens  
ligna per singulos dies. Nō igitur in deorum gentilium  
templis perpetuus ignis erat. Sed legitimus iuxta oppidū  
Ateste in agro Patavinio repartam vnam fictilem, intra  
quam erat altera vrnula, intra quā reperta est lucernula  
adhuc cardens, quę per imprudētum manus rustice pro-  
funderi rup' a est, & statim flāma extincta. Et nostris  
temporibus circiter annum M D L. in Nefide insula, in  
Neapōlitano craterē sita, sepulchrum marmoreum re-  
pertum est cuiusdam Romani, quo recluso, phiala intus  
reperta est, in qua lucerna adhuc ardebat, rupta, & viso  
aere extincta est, quæ ante Seruatoris nostri aduentum  
clausa fuit. Aliæ quoq; ab amicis narratæ sunt, repertæ,  
& oculis cognitæ. Vnde colligimus hoc fieri posse, & à  
maiori bus factitatum. Videamus an & nos idem confi-  
cere possimus. Sunt qui dicant oleum metallorum diu-  
tiū, & quasi perpetuo durare posse. Sed hoc falsum est,  
quum metallorū oleum non ardeat. Alij dicunt oleum  
juniperi ex ligno multum durare, quod eiusdem ligni  
carbones sub cineribus per annū ardētes continen-  
tur, sed hoc falsissimum est, quod carbona sub cineri-  
bus detentus, neq; per biduum, neq; per diem cōtentus  
est, & oleum ex ligno vehementissime ardet, & citius  
quam commune oleū absimitur. Sunt qui ex amian-  
to lapide oleum exuxisse iacent, putātes absimi flam-  
ma nō posse, quum ex eo ellychrium confectum nun-  
quam cōburatur, et si perpetuo ardeat, si oleum perpe-  
tuō ei addatur: Sed si verum est ellychnium nō absimi  
igne, non ob id sequitur, ex eo extractum oleum perpe-  
tuō ardere sine sui consumptione, & nemo adhuc reper-  
tus est, qui oleum ex amianto extraxerit, quod ardeat.  
Alij putant ex sale communi oleum exuctum perpetuo  
durare, nā si salē in oleū injicias, efficit, vt duplo am-  
plius in lucerna oleum duret, ne consumatur, quod ve-  
rum esse testamur, vnde si ex eo oleum distilletur, futu-  
rum, vt perpetuo ardeat, sine sui consumptione: non se-  
quitur tamē oleum ex sale extractum perpetuo ardere,  
& oleum ex eo distillatum nō magis ardere, ac lapis, aut  
aqua fortis separationis argenti & auri, quarum species

est. Sed ruditis ingenij est posse imaginari, oleum reperi-  
ti posse, quod continua flagratione non absumatur. Sed  
aliud imaginandum est. sunt qui dicant (nec est eorum  
imaginatio satua) ignem in phiala non semper ardere,  
sed in phiala conditam esse misturā quandam, quæ vbi  
acrem videt, illico accenditur, & ardere videtur, eo so-  
lum tempore, quum nunquam antea exarserit. Hoc ve-  
rum esse posset, quod multoties res chymicas operanti-  
vitrea vasa optime clausa post earum rerum combu-  
tionem obliterata, multis mensibus, ne dicam annis dere-  
licita, referata tandem flammatam concipere, ardere, &  
fumum emittere videre contigerit, eorum, quæ com-  
busseram, oblitus sum, sed eiusmodi esse poterant, quæ  
ab amico audiui, cui idem acciderat: nam quum litha-  
gyrum, tartarum, calcem, & cinnabarim ex aceto eb-  
ulisset, usque donec in fumum evanesceret, inde ope-  
to, & luto vase vehementi igne excoctum, reposuit,  
quousq; frigesceret, post aliquos menses, quum reserare,  
veller, vt suum opus requiseret, repete flamma è vase exi-  
luit, vt cilia cōbusserit, quum ipse nil tale putaret, quod  
& multis etiam accidit. Præterea quum lini oleum con-  
querem ad prælum, vbi flammatā concepisset intus, pan-  
tus ollam operui, vt extingueretur, post aliquod tem-  
pus vas recludendo, oleum viso aere iterum flammatam  
concepit, & denuo reaccensum est. Sed huic opinioni  
repugnat experientia; nam qui viderunt lucernam vi-  
treo vase clausam; optime flammatam retinere, & lucem  
expittere conspexere. Putabant enim veteres vt cineres  
in sepulchro, ita perpetuo animam ibi quiescere, & ne  
in tenebris iacentem, maximo studio enixi sunt hoc lu-  
men inuenire, vt eorum animæ perpetua luce frayeren-  
tur. Aliud ergo imaginandum est, & tentandum expe-  
riementum. Sed hoc pro tanto & firmo in naturæ offici-  
na habendum est, mirabilem causam esse vacuum non  
dari, & potius mundi machinam disrumpi, & omnia  
retrocedi, quam illud admitti possit: Vnde si flamma  
vitro clausa fuerit, spiram ētis omnibus interclusis, & si  
momento durauerit, perpetuo duraturā, nec extingui  
possibile esse. Multa hoc in libro mirabilia declarata,

multas

multaque declarabuntur, quae non aliam causam habent. Sed quomodo acceditur intus flamma, hoc opus hic labor est, liquor subtilissimæ substantiæ sit oportet, & minimæ evaporationis, vnde & si clausa vitro introducitur, permanebit, quod speculis, igne, industria, & solertia facile fieri potest: non extinguetur, quum nullibi aer immitti possit, repleturus intane phialæ: vel pabulum continuo soluitur in fumū, hic quum solui non possit in aerem, abit in oleum, & denuo accenditur, sic perpetuo fluxu pabulum ministrabit. Principia auditis, scrutamini, operamini, periclitamini.



IO. BAPTISTÆ  
PORTÆ NEAPOLITA-  
NI, MAGIÆ NATVRALIS  
LIBER DECIMVS  
TERTIVS,

In quo de Re Ferraria agitur.

PRO O E M I V M .



**A**M mōstruosos ignes edocuimus,  
& priusquam ab eis discedamus, de  
re ferraria dicemus, ignibus enim  
agitur, non quod eius artē tractare  
velimus, sed selectiora quadam se-  
creta, non minus humanis usibus  
necessaria ys, qua bucusque recensuimus, præter  
ea, qua in Chymicis tractata sunt. Fiunt ex eo o-  
ptima, pessimaque vite instrumenta, inquit Eli-

Hb 4